



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis**

**Dietrich <von Engelsheim>**

**Münster, [1893-1897]**

48. Litera capituli Moguntini pape scripta pro incorporationis revocatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

mitigetis, (ut) ab inceptis perturbacionum dissidiis desistat . . . nosque libertatibus, graciis . . . possessis . . . uti, gaudere et frui . . . permittat . . . propter eterne vite retribucionis meritum, quod vobis concedat, qui sine fine regnat.

Scriptum Paderborne ipso die beati Lamberti episcopi, nostro sub secreto, anno Domini MCCCCXXX.

Devoti vestri prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis.

Up solke scriffte unde bodescop adhererenden unse genedige here van Mentze unde syn capitel darselves des capitels appellacien, hirvor bescreven, unde sanden des darup ere instrumente unde besegelde breve.

Copia littere capituli Moguntini ad papam Eugenium pro revocatione incorporacionis.

Mit Weglassung der Formalien im Auszuge wiedergegeben.

48. . . . Beatissime pater . . . ! Pridem nobis notificato,  
 Dñe quod . . . dominus archiepiscopus Coloniensis sue ecclesie  
 Datum. . . . obtinuit . . . incorporari literis apostolicis, taliter  
 qualiter expeditis, . . . ecclesiam Paderbornensem . . .  
 attento, quod eadem . . . ecclesia per divos Romanorum  
 imperatores . . . magnifice dotata et provisa, quodque  
 Maguntina (ecclesia), que inter Germanie . . . metro-  
 politanas ecclesias preeminencie culmen fidelitatisque  
 sancte sue matris Romane ecclesie agnomen obtinere  
 dinoscitur, . . . ipsa Paderbornensi tamquam principa-  
 liori et notabiliore sui membro cum aliis suffraganeis  
 adornata exstat, pensato quoque, quod ex huiusmodi  
 provisa . . . incorporacione nobis irrequisitis et contra

consensum atemptata nedum<sup>1)</sup> . . . Moguntina ecclesia dismembracionem, . . . dispendium et gravamen non modicum sustineret, verum eciam ipsa Paderbornensis . . . ecclesia suppressionem pateretur, . . . domino Martino pape quinto scripsimus devotissimis, quibus poteramus, precibus, . . . ut huiusmodi . . . incorporacionem . . . dignaretur graciose cassare et annullare.

Sed quod . . . prefatus dominus apostolicus de hac ad futuram vocatus fuit vitam ante cause . . . discussionem et . . . Sanctitas Vestra ad regimen ecclesie . . . preordinata, quapropter . . . Vestram Sanctitatem . . . devocius, quo possumus, deprecamur, quatenus intenta . . . fidelis filie Moguntine ecclesie immobili et comprobata constancia eam sic dismembrari ac in suis notabilioribus membris infirmari, diucius non paciatur Sanctitas Vestra, . . . dictamque . . . incorporacionem . . . de innata benignitate . . . dignetur graciosius revocare, cassare et annullare, Moguntinam necnon Paderbornensem ecclesias, tam principalia insignia sancte Romane sedis ac imperii membra in suis . . . iuribus, libertatibus et privilegiis benigne . . . conservans, maxime cum eadem Paderbornensis ecclesia . . . civitate, opidis, castris, villis, fortaliciis temporalibus . . . adeo fulcita existat, quod nedum ad sustentacionem . . . proprii prelati, cessante saltem administratione . . . domino Coloniensi commissa, honeste et copiose sit ei provisum, verum eciam sui et aliorum plurimorum territoriorum racione temporalis dominii possit esse . . . defensio et presidium singulare.

Ex premissis . . . clare constat, . . . ecclesiam Paderbornensem . . . ac ecclesiam matrem . . . Maguntinam

<sup>1)</sup> nicht allein.

multipliciter pergravatas, . . . cur . . . ad Sanctitatem Vestram . . . devotissime recurrimus veritate semper inspecta.

Copia littere capituli Paderbornensis ad dominum Martinum papam.

Mit Weglassung der Formalien im Auszuge wiedergegeben.

49. . . . Pater ac clementissime domine! Recurrimus ad  
 Ohne Datum. pedes Sanctitatis Vestre . . . humiles oratores . . . prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis lamentabiliter exponentes, quod, licet ecclesia ipsa . . . multum bene sufficiat ad sustentacionem prelatorum et aliorum membrorum . . . ecclesie, nec . . . subsit aliqua causa, quare ecclesia . . . debeat supprimi, . . . tamen ad noticiam nostram devenit, quod . . . dominus Theodericus, archiepiscopus, ad presens ipsius ecclesie Paderbornensis administrator, . . . quasdam literas cameraliter dicitur extorsisse, per quas Beatitudo Vestra ecclesiam Paderbornensem . . . Coloniensi fertur . . . incorporasse, in maximum detrimentum, status ipsius ecclesie et civitatis Paderbornensis, ymmo eciam totalem destruccionem ipsius patrie. . . .

Cum autem, Beatissime pater, ecclesia Paderbornensis ita solempniter fuerit per imperatores in honorem beate Marie virginis ac sanctorum Lyborii et Kyliani fundata et sufficientissime dotata . . . pro sustentacione episcopi . . . et si aliquis defectus in hoc fuerit, ille intervenerit propter alienacionem et impignoracionem castrorum ipsius ecclesie per eundem dominum archiepiscopum durante administracione sua eciam sine consensu capituli factam, supplicamus Sanctitati Vestre, . . . quatenus ad evitandum schandala et effusionem sanguinis . . . dignemini committere